

**5399** Veneri Victrici | L. Arronius Amandus | Vvir Aug. | solo privato s. p. f.

*Tiferni Tiberini (Città di Castello) in Umbria (XI 5928 vidit Bormann).*

**5400** Fortunae Aug. | Anniae M. fil. Cara, flaminica, et Tranquilla statuam quam | testamento suo Annius Protus ex HS XXII legave[rat, pecunia Proti et Anni Hilari<sup>1</sup> patris sui | comparatam posuerunt et adiecta de suo ae|de<sup>2</sup> ex HS IIII CCCC dedicaver. epulo curiar., d. d.

*Thamugadi (Tinghád) rep. loco antiquo in foro prope tribunalis scalas (VIII S. 17851 vidi). — 1) Iidem Annii Protus et Hilarus sunt supra N. 305. — 2) aere primus editor, errore.*

**5401** [For]tu[nae, Di]anae<sup>1</sup>, Victoriae, | T. Sextius [T. l.] Basiliscus Aug. Claud.<sup>2</sup> | nomine suo et | Sextiae T. l. Irenes uxoris et | T. Sexti Fausti filii et | Sextiae Marcellae filiae, | solo suo inter quattuor terminos, | v. s. l. l. m.

*Prope Chieri in Pedemontio rep. (V 7495 descr. Pedemontani complures). — 1) Supplementa firmantur fragmento V 7494 quod videtur superfuisse ex altero exempli eiusdem tituli. — 2) Augustalis Claudialis.*

**5402** Baebiae C. f. | Crinitae | Turobrigen[si] sacerdoti | quae templum | Apollinis et Di[anae] dedit ex | HS CC<sup>1</sup>, ex qua sum[ma] X[X]<sup>2</sup> populi | Romani deduc[ta] et epulo | dato ite[m]plum fie[ri] sibique | hanc statuam | poni iussit.

*Arucci (Aroche) in Baetica (II 964 bis descripta saec. XVII. XVIII). — 1) CC apographa. — 2) Cf. N. 303 not. 2. N. 5584.*

**5403** T. Tremeliu[s] | T. l. Antioch. | aed. Dianae | et aram de | lapide quadr. | aedif. et ope. | tector. pol.<sup>1</sup> | et sign. Dian. | fac. statue. | dedic. de sua | pec. curavit. | V. s. l. m.

*Siponti rep., est Neapoli (IX 6242 vidit Mommsen). — 1) Opere tectorio polivit.*

**5404** Q. Ofillius C. f. Ruf., Sex. Calidenus K. f. Q. n., | T. Temonius T. l. Flac. mag., aed. | Herc. d. v. s.<sup>1</sup> fac. ping. c.<sup>2</sup> eisdemq. pr.<sup>3</sup> | Cn. Pompeio M. Licinio cos. iter.<sup>4</sup>

*Prope Montorio in Piceno, opus tessellatum (IX 5052 vidit Dressel). — 1) De vici sententia. — 2) Coeraverunt. — 3) Probaverunt. — 4) A. u. c. 699.*

**5405** Q. Attius Messor | exhedra cum | fronte templi | Minervae Aug. | vestustate | corrupta per[fector] et pictor | de suo ref. | et c. d.<sup>1</sup>

*Tarracone (II 4085 vidit Huebner). — 1) Cultoribus, vel collegis dedit (Hue.).*

**5406** M. Iunius | Sabinus | IIIvir aedili[ciae] potestat. | e lege Iulia | municipali<sup>1</sup>, | patronus | collegi cen[tonariorum], | frontem templi | vervis<sup>2</sup> et hermis | marmoreis pe[cunia] sua orna[vit] et tuition. | dedit HS ∞ ∞. | N. CCXXXII<sup>3</sup>.

*Patavii (V 2864 vidit Mommsen). — 1) De hac lege cf. C. I. L. I (ed. 1) p. 125, ubi edidit Mommsen partem eius quae extat in tabulis aereis Heracleae repertis. —*